Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



93

Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
et ossa mea sicut aremium aruerunt. Per
cussus sum ut fenum et aruit cor meum:
quia oblitus sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei: adhesit os meum
carni mee. Similis factus sum pelica
no solitudinis: factus sum sicut nicticorax
in domicilio. Vigilaui: et factus sum
sicut passer solitarius in tecto. Tota die
exprobrabant michi inimici mei: et qui
laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tamquam panem man
ducabam: et poculum meum cum fle
tu miscebam. A facie ire indignationis
tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei
sicut umbra declinauerunt: et ego sicut
fenum arui. Tu autem domine in eter
num permanes: et memoriale tuum
in generatione et generatione. Tu ex
urgens misereberis syon: quia